



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Hyperaspistes Diatribae Aduersus Seruum Arbitrium Martini Lutheri

Erasmus, Desiderius

Coloniae, 1526

VD16 E 3030

50 Vitiosu[m] dile[m]ma disputat[i]o[n]is redact[a]e i[n] co[m]pe[n]diu[m]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34433**

est dñs cœli & terræ, si deus hoc ei donaret. At hoc non Theologorū, sed Histriōnū & quadruplatorū. Nostra uerba debēt eē, propria, pura, sobria, & ut Paulus dicit, sana & irreprehensibilia.

ro ¶ Quod si oīo uocē eam omittere uolum⁹, qđ eēt tutissimū & religiosissimū, bona fide tñ eatenus uti doceamus, ut hōi arbitriū liberū nō respectu superioris, sed tñ inferioris se rei concedat, hoc est, ut sciat sese in suis facultatibus & possessiōibus habere ius utēdi, faciēdi, omittēdi pro lib. arb. licet & id ipsum regat solius dei lib. arb. quocunq; illi placuerit. Cæterū erga deū, uł in rebus, quæ p̄tinēt ad salutem uł damnationē, nō habet lib. ar. sed captiuus subiectus & seruus est, uł uolūtatē dei, uł uoluntatis Satanæ. Hæc dixi de capitibus præfatiōis tuæ, q̄ & ipsa ferme totā cām cōplectunt magis pene q̄ sequēs corpus libelli. Veruntamē summa horū fuit, q̄ breui hoc dilēmate potuisset expediri. Aut tua p̄fatio de uerbis Dei, aut de uerbis hōim querit. Si de uerbis hōim, tota frustra scripta est, nec ad nos p̄tinet. Si de uerbis Dei, tota impia est. Proinde utilis fuisset, ut de eo diceret, an essent uerba Dei, uel hominum, de quibus disputamus. Hoc autē sequēs forte proœmium & ipsa disputatio tractabit. Quæ uero in Epilogo præfationis retexis, nihil mouent, ut quod fabulas uocas & inutilia dogmata nostra, esse potius exemplo Pauli docendum Christū crucifixum, sapientiam inter perfectos docēdam. Esse scripturæ suam linguam pro modo auditorum uarie attemperatam, ut prudentiæ & charitati doctoris relinquendam ducas, qui doceat, quod expediat proximo. Omnia inepte dicis, & ignoranter.

D Nam

Nam & nos nihil nisi Iesum crucifixum docemus,  
At Christus crucifixus hæc omnia secū affert, ipamq;  
adeo sapiam inter perfectos, cum nra sit alia sapia  
inter Christianos docēda, q̄ ea quæ abscondita est in  
mysterio & ad perfectos p̄tinet, nō ad pueros Iudai  
ci & legalis ppli sine fide in opibus gl̄iantis. j. Cor.  
.z. sentit Paulus, nisi ut Christum crucifixum doce  
re aliud nihil uis intelligi, q̄ has literas sonare, Chri  
stus est crucifixus. Iam qd̄ Deus irascit, furit, odit,  
dolet, miserescit, p̄cēnit, quorū tamē nullū in De  
um cadit. Hic nodus in scirpo quæritur. Neq; enim  
hæc scripturam faciunt obscuram, aut uarijs audis  
ditoribus attemperādam, nisi qd̄ delectat obscuri  
tates facere, ubi nullæ sunt. Grāmatica em̄ ista sunt  
& figuris uerborū composita, quæ etiam pueri nō  
runt. Nos uero de dogmatibus, nō de grammaticis  
figuris agimus in hac causa.

¶ Ingressurus igit̄ disputatōem. Promittis  
acturū te scripturis canonicis, quandoquidē Luth  
rus nullius præterea scriptoris autoritate tenetur,  
Placet, & accipio p̄missum, quanq̄ nō id promittis  
eo consilio, quod inutiles eos dē scriptores ad cau  
sam iudices, sed ut frustraneū laborē nō subeas. Nā  
nō satis probas hæc meā uel audaciā uel quo noīe ap  
pellandū est hoc meū institutū. Mouet em̄ te nō ni  
hil, tam numerosa series eruditissimorū uiroꝝ, tot  
seculorū consensu approbatorū, inter quos fuerūt,  
peritissimi sacrarū literarū, itē sanctissimi, aliq; mar  
tyres, mlti miraculis clari. Adde recentiores theolo  
gos, tot Academies, Cōcilia, Ep̄os, Pōtifices. Sūma,  
ex parte stat, eruditio, ingeniū, mltitudo, magnitudo,  
do, altitudo, fortitudo, sanctimoniam, miracula, & qd̄  
non